




AURORÆ
Solis Sarmatici
Solii Adstites, Majestatis Prænuntiæ,
Regum Prodromæ,
REGNI SOLES
MINISTRI STATUS.
Ministrorum Primi
SUPREMI MARESCHALCI
Regni, & Curiæ,
Quibus adjuncti Mareschalci Equestris Ordinis:
sub
Principe Procerum Nomine
ILLUSTRISSIMI, EXCELLENTISSIMI, DOMINI
D. JOSEPHI VANDALINI,
S. R. I. & in Magna Kończyc, & Osownica Comitis
MNISZECH,
MARESCHALCI REGNI,
Capitanei Iavoroviensis, Sanocensis, &c. &c.
Ad Lucem publicam
EXPOSITI
à P. ADAMO IGNATIO NARAMOWSKI, Soc: JESU Theologo.
Anno Diescentis Auroræ Incarnati Solis, 1727.

VILNÆ Typis Universitatis Societatis JESU.

COgor in paucis antecedaneam Illustrium Virorum seriem contemplari, in hoc passu magnorum Decora Nominum incusans, quòd angustis nequeant circumscribi spatiis: rivulos scilicet esse credo, quorum exordia indigitari possunt, sed fluminum profunditas sua absorbet plerumq́; initia: quidquid enim æternitati agnatum est; certis nequaquam delineatur terminis, faciliùs est cogitare; quàm describere. *Załuski t.* I. *in Præfat:*

Regnorum Ministri, Corona sunt Regni, & Curiæ, Ornamentum Urbis, splendor Patriæ. *Ennodius.*


Illustrissimus Excellentissimus
D.D. IOSEPHVS VANDALINVS
S.R.I. et in Magna Konczyc et
Ossownica Comes Mniszech, Supre-
mus Regni Mareschallus Capit.
Iavor. etc. etc.
Simon Thade Sondermayr Graveur de
S.A.S.E. de Cologne Sc. Aug. Vind.



De Miniſteriis Regni Poloniæ generaliter.

SI Reges Regnorum ſunt Soles; Auroræ Regno ſunt Regum Miniſtri: qui dum Reges velut ſoles, anteeunt; Regiæ Majeſtatis prænuntii claritatem ubiq; pandunt, dum mentem explicant, quid Principes ſentiant. In Aulis Re-

gum, Aularum Principes ſunt: Regnum Reges regunt, hi Regum Curias, imò in curia condendarũ Legum dum ſveta munia obeunt; obeundo dirigunt: inferiores loco, ſed priores munere, imò poſt Regem eſſe cenſentur proximi, dum conſiliis, miniſtrando, quodammodo præſunt. Nemo enim ediſſerere, quid ſentiat, poteſt; niſi à ſupremo Irenarcha vox petatur, ut liberè ediſſerat, quid ſentire velit. Nemo, quid Rex velit, quidq; multa volentibus reſpondeat, novit; niſi Cancellarii, aut Procancellarii ore, quid à ſolio intenditur, proferatur. Ut claudam verbo: Regum Miniſtri, Legum in Regno cuſtodes ſunt. Nec extra poſiti Senatum, ſunt extra benè merendi locum: eorum

Dignitas Miniſterii.

Officium.

favor,

favor, ſingulorum ad Honores gradus eſt. Hi, ut faſces Rex conferat; dignos promovent, & horum nonnulli, quod Rex de Vacantiis confert, obſignant, favorem ſibi, aliis meritum ſigillando.

Numerus Miniſtrorum Senatui adlectorum quinarius eſt. Mareſchalci, major, & minor, qui elevatis Scipionibus Reges anteeunt. Cancellarius, Procancellarius, qui dum reſcripta Privilegia Regibus ad ſubſcribendum porrigunt, ea Regni Sigillo obſignant. Theſaurarius Regni, qui promus (juxta Hartknoch) & condus Reipublicæ eſſe cenſetur: habet quidem adjutorem muneris Theſaurarium Curiæ; nondùm tamen adlectum Senatui. Totidem in Senatu pares, Ducatus Litvaniæ adlegit

Numerus Miniſtrorũ.

Mini-

Miniſtros, quot numerat Polonia.

Nec hi olim Miniſtri condebant jura inter Senatûs Quirites, niſi ſimul Senatorio Palatinatûs, aut Caſtellanatûs, aliquo pollerent faſtigio. Sic enim Miniſtros decuit liberas cum cæteris profari voces, quibus vota Regum pandere populo in uſu fuit: ſed ne ea alieno promerent è faſtigio; illos etiam ſinè adju-

Quando Senatui adlecti. rato alio munere Annus D. 1569. adlegit Senatui, ut proximiores Conſiliis eſſent; qui Regum animis intimiores ſunt. Cùm enim Magnus Ducatus Litvaniæ, adnitente Principe Sigiſmundo Auguſto, præfati Ducatûs Hærede, in Generalibus Lublini Comitiis, ſociaretur Regno Poloniæ; quò magis ad arctiorem nexum æqualitati conſulere-

tur,

tur, intermixtim inter Poloniæ Proceres, inſerti ſunt Senatui, Litvaniæ Quirites, æquale cum Polonis ſortientes Magiſtratus. Et quia Mareſchalcus Litvaniæ, antiquo apud ſuos more, primo poſt Ducem fungebatur munere, qui etiam in novi inauguratione Principis, Inſignia Ducatûs porrgiebat Neo-ſuccedenti; viſum proinde, ut ille (idem de cæteris dicendum Miniſtris) cum aliis locum haberet, qui in Litvania tenuit primum. Deſignato itaq; hiſce loco, etiam Polonicis Miniſtris (qui authoritate dum præeunt, præcedunt, ne viderentur illis inferiores, qui priores cenſentur,) Reſpublica dum Senatui adlegit; ſeparatum ſeſſionis Ordinem conceſſit in Senatu, idq; in extremo coronæ conſeſsûs, quaſi ad cla-

vum

vum Reipublicæ, & loco aptiore ad excipiendum venientia publica negotia, quæ tractare muneris eſt ipſorum.

Et licèt hic locus inferior eſt; Magiſtratus tamen ipſe ſuperior eſſe cenſetur, qui ſi non locum, titulum certè ſpecioſiorem in aliquibus præfert, ut in Mareſchallo, & Cancellario ſupremo, quibus à Rege datur titulus *Illuſtris*, qui nulli Senatorum, præterquam Caſtellano Cracovienſi primo ſæcularium Senatori, & Palatino Vilnenſi conceditur. *Piaſecki hic paginâ* 65. Imò multi, ut aliquod ex his Miniſteriis obtineant; ſupremos dimittunt Palatinatus & Caſtellanatus, cum quibus miniſteria incompatibilia ſunt. *Hartknoch l. 2. c. 3. pag:* 494.

Titulus illis datur ſpecioſior.

De Miniſteriis in Particulari.

Munus Mareſchalcorum Regni.

SUpremus Regni Irenarcha, primus ex Miniſtris eſt, adeoq; in gerendis, & regendis Aulæ negotiis ſecundus poſt Regem eſt. Cujus muneris eſt, Curiam, ſeu locum agendis Comitiis præparare, ſtativa circumquaq; Senatoribus, & Equeſtri Ordini deſignare. Legatis ab exteris venientibus ſtationes providet, poteſtatem accedendi ſenatum, & expediendi Legationem ipſe dat, & introëuntes ad Senatum Legatos introducit. Ipſe quoq; ſententias Senatorum expoſcit, &

Officium Mareſchalli ſupremi.

ſi quis eorum extra ordinem, vel quispiam alius ex Equeſtri ordine, in Senatum veniens, perorare voluerit; non niſi petitâ priùs à Mareſchallo dicendi facultate proloquitur. Maxima autẽ ejus cura eſt, ut in loco Convẽtûs, ſeu Comitiorum, uti ſub Rege, & in Aula Regia; ita & ſub Interregno omnia ſint pacata, ſecura, nê tumultus, rixæq; ullæ excitentur. Hinc ille ſolus tunc militem armatum habere poteſt, quem ad excubias locis opportunis diſponit, inſolentiis opponit, cauſas omnes violentiarum, injuriarum, in illo conventûs loco exortarum ipſe judicat, delinquentes corrigit, & vitæ, neciſq; poteſtatem contra criminoſos exercet. *Crom: p.* 507. *Piaſecki p.* 64.

Habent etiam Mareſchalci jus, Sena-

torem vel Nuntium monendi, ſuo tamen modo, ſi vel extra orbitam divagari aliquem contigerit, vel minùs modeſtè, quàm par eſt, in ſuffragio, aut Conſiliis ſeſe geſſerit. Dum abeſt Mareſchalcus Supremus; ſupplet ejus munus in Regno Mareſchalcus Curiæ Regni: vel ſi hic quoq; abeſt; tùm demùm fungitur Officio Mareſchalcus M.D.L. vel in hujus abſentia Mareſchalcus Curiæ M. D. Lit:. *Hartknoch p.* 495. & 496.

In militia Regis Aulica, Dux Prætoriani Militis, ſub jurisdictione Mareſchalcorum utriuſq; Gentis eſſe debet. *Conſtitutio Anni* 1646. *p.* 2. & 3.

Quocunq; Rex pergit, ubiq; Mareſchalcus criminalia exercet judicia, adeò, ut exteri etiam omnes ejus juriſdictioni

ſubjaceant, præterquam in Urbibus Pruſſiæ majoribus, ubi Rex conſtituit Burgrabios, qui & inter cives, & inter exteros dicta Judicia exercent. *Hartknoch pag.* 497.

Cùm in multas partes, ob pluralitatem Regiæ prolis, diviſa Polonia, plures Reges, uti ipſius Poloniæ, & Regem Haliciæ, multosq; ſeorſivo imperio eſſet complexa Duces, uti Maſoviæ, Plocenſem, Cujavienſem, Sandomirienſẽ &c. &c. & horum quilibet, ſuos ſtatueret Miniſtros; proinde hos hic recenſere ſupervacaneum foret: eos tamen operæ pretium duxi inſerere; qui à tempore Ludovici Hungari, dùm maximè reunita in unũ vaſtumque corpus coaluit Polonia; Miniſteriis fungebãtur. Sint itaque:

SUPRE-

SUPREMI MARESCHALCI Regni.

Ab Anno 1380. *& ſuprà.*

RAPHAEL GRANOWSKI,

Capitaneus Sandomirienſis, *Dux Exercitûs contra Tartaros Anno* 1379. *& ſuprà.*



MAxima loquitur poſt fata virtus, quæ maximos, dum tacent; prodit: dum jacent; erigit. Raphaël hic fuit, ſatis prodit Nomen, quid potuit, & fecit. Dicam ſanè, Angelus Magni Conſilii vixit, ſub quo Polonia, libertasq; revixit, cui eſſe, & prodeſſe Angelicum planè fuit. Orbem implevit famâ, famam implevit orbe, ut diceres

illam

illam ejus fuiſſe pediſequam, hunc famæ ejus ſemper adſtitem. Sub Ludovico Hungariæ, qui ſimul Poloniæ præfuit, totus non ſibi vixit, ſed toti Patriæ: maluit non vivere, quàm ut viveret non liber. Libertatem ſeipſo prætulit, libertas eundem, quæ nè in minimo læderetur; multos, imò maximos læſit. Periculum ſubire pro Libertate, ratus ſe victimam obire pro Patria, nunquam gratior Patriæ Filius; quàm dum reſtitutæ Vindex extitit Pater. Nomen ùt clarum fuit ab antiquo; ſic grande ab animo, cui plaudit antiquitas, famæq; æviternæ inſcribet poſteritas. Natus non ſibi, ſed Patriæ, per quem ſibi renata eſt Patria. In conflictu cum Tartaris ſub Bratłun, demeſſis ferro ſeptem millibus, dum Pa-
triam

triam liberam ab hoſte fecit, ſibi in æviternam memoriam effecit gratam, dum obligatam. Ter ſaucius ibi non vulnera ſe accepiſſe ſenſit, ſed munera, quibus Patriam à grandiori vulnere redimeret, nè ipſa ſentiret.

DEMETRIUS de Bożydar GORAYSKI.


E Demetrio Patre, & ipſe Demetrius, ſupremi Theſaurarii Regni filius, major Patre; quia Mareſchalcus: alta conſcendit, qui alta ſapuit. Promovente Patre, annuente Ludovico Rege, urgente probitate, ſcipionem tenuit, quem meruit: ut altiora mereretur; virtutem coluit, quæ dùm or-

nat,

nat; maximè maximos elevat. Placuit Ludovico Regnanti, qui placuit omnibus, regit enim aliorum animos, quia benè compoſitis regitur moribus. Liberalem in ſe expertus Regem, qui dum vixit, liberalis ipſe fuit. Dominium Szczebrzeſinenſe ab eodem Ludovico dono æviternè accepit, ut tàm alto Honori ditior fortuna ancillaretur. Sic quem volunt honorare Principes, multa dant, ut plura ſuperaddant. Nec alio regnante Rege, Vladiſlai Jagellonis animus ab eo alienus fuit: quod enim prior detulit; etiam poſterior gratiosè confirmavit. Magnum eſt magnorum animos parare amicos, facere devictos. Circa Annum 1380. Ludovico Imperante non illudentes unquam fortunæ vices expertus,

tus. *De quo Okolſki Tomo primo, paginâ* 436.

NICOLAUS de Brzeżie LANCKORONSKI.

De illo Paprocki in nido Virtutum paginâ 1001.
Fuit Anno 1382.

PRimis Sarmatiæ ſæculis, dum bella ſæculorum erant, prognati de Marte non deerant Heròës. Hic inter primos non poſtremus, vix natus, jam ad bella datus, dum indolem excoluit Marti, mortem non exhorruit, quam tum maximè oppetiit; cùm pro Patria, & gloria dimicaret: ſed antequam ipſe morte occubuit, mille mortes hoſtibus inflixit, quos maximè prævertit, dum celeriter prævenit: ex mancipiis muni-

municipia erexit, & dum hoſtilem terram deſertam fecit; ſuam auxit. Cum illo Litvaniæ Hercule Vitoldo, & ipſe miles, ipſe & Dux, ut ſuam tutaretur terram; vicinam adiit, dum Moſchoviam ferro, & igne circumquaq; vaſtavit. Optimum eſt diſtinere hoſtem in ejus terragio, nec permittere, ut bella figat in alieno. Quievit Polonia illo in hoſtes moto, & illo quieto mox mota Patria. Unde vix unquam à bellis quievit: ut hoſtem diſtineret; hoſpes fuit in Patria. Ut pacificum Domi ageret Statorem; nunquã pacificus fuit erga hoſtem Patriæ. Non potuit meliùs fungi ſcipione; quàm cùm eo minari non deſiit inimicis Viciniis. Sæpè eos, quos horrent vicini; amant domeſtici, dum & Domi

domi tuti, & hoſtibus formidabiles sũt. *Okolſki Tom: 3. p. 317. innuit de eo.*

Zbigneus Brzezius, aliàs de Brzeźie LANCKORONSKI.

Egit jam munus circa Annum 1406.



PRiore utrùmne minor, an major fuerit; ambiguum eſto, niſi hoc ſolo minorem dicam, quòd illo poſteriorem. Clarus Lanckorońſciorum Origine, quæ orbi inſignem prodidit, clarior bellaci mucrone, quo Patriam & clariorem, & tutiorem fecit. Sui Scipionem muneris, virgam fecit virtutis, quâ claruit, dùm tuendo Patriam, Moſcuam ferrô peragravit. Comes bel-

 lacis

lacis Vitoldi, comes & gloriæ, Litvaniæ ruinam ultus ruinâ Rossiæ, non stitit gradũ, donec victor sisteret in Moschua. (*Bielski p.* 287.) Maluit humanus hospitari in alieno, quàm hostem hospitem expectare in suo, ut doceret tàm non inhumanos esse Polonos, ut dùm certant cum amicis obsequio; decertẽt pro gloria cum hostibus ferro. Egit hic & in Curia Consus,& in campo Hector, quæ utrumq; agere & oportebat, & decebat. Dùm vicinæ Moscuæ Marte innotuit, etiã meliori modo Bohemiæ inclaruit, dùm à Jagellone Legatũ egit. Ferreꝰ fuit, qui ferro Hector occumbere non valuit: sed simul mortalis, qui inevitabili mortalium sorte occubuit Anno D. 1422. *Bielski p.* 290. *Okolski tom:* 3. *p.* 317. *Paprocki in Nido Virtut: p.* 1001. JO-

JOANNES OLESNICKI
Gente Dembnius.

POtens ore, sed fortior opere, plùs agere, quàm dicere visus, docens, Poloniam tunc optimè videri loquentem; cùm eam bene libertas viderit agentem. Cùm & multi, & potentes Vladislao Jagellonidæ ad soliũ obstitêre, solus pro Vladislao cæteris obstitit, domesticum suggerens in solium, quàm alienum: & eousq; promovere nõ destitit; quoad quod optavit, non evicit. Nusquam ullus meliùs novit Principem, quàm qui proximus Principis novit gesta. Fremebant alii, qui Joannem pro Vladislao perorantem & evincentem videbant, sed victi modestiâ, & solida-

 rum

rum rationum pondere maluerunt vinci, quàm vincere. Antequam Irenarcha, priùs bellator bellatorem Vitoldum toties devicit, quoties gloriosè obſeſſus inglorium obſidentem ab arce Vilnenſi depulit. (*Cromer: p.* 250.) Æmulum Melſztynium habuit, ſed nunquã ſenſit, nunquam eundem expertus, quin ejuſdem ſemper victor. Communi vocabulo intitulabatur *Głowacz* Oleśniccius, quaſi ubiq; triumpharet ingenio ingeniorum caput, dum pro Regni Capite Vladiſlao ſudavit, & alſit. *Bielſki p.* 336. *&* 350. *Kołudzki p.*125. *Paprocki in Nido Virtut: p.* 1042.

JOANNES RYTWIANSKI de Domo Acciptrinorum.

Annus



ANnus 1459. Joannem extulit, dum præeſſe eum Scipioni juſſit. E Sendomirienſi Capitaneatu aſcenſum fecit, tamen citra jacturam Præfecturæ. Plura pro libertate dixit, dum absq; faſtigio vixit, poſtquam altiùs aſcendit, modeſtè ſiluit. Caſimirum enim ſæpiùs antè monebat, nè leges exleges faceret, quem nè Rex à longè pateretur; propè, lateri admovit, dùm ſcipioni. Sed qui tonare longiùs ſveverat, propior Jovi loqui dedidicit. Habent id terrena Numina, ut admoto Majeſtatis ſipario magis ſtupentes faciant, quàm loquentes. (*Bielſki p.* 416.) Orator Regis in Valachiam miſſus; egit pro gloria, dùm Dux belli creatus; egit pariter pro victoria. Legatus Bohemiam inviſit, nec fruſtra

rediit,

rediit, animadverſus tamen plus faviſſe Mathiæ Regi Hungariæ, quàm Bohemiæ, fratri Regis Poloniæ. Pariter in libero Regno ùt vocum, ſic affectuum libertas eſt. Anno D. 1469. Publicus Orator Italiam inviſit, gloriam indè tulit, dùm famam reliquit. Et dùm fuit humanus, in humanis eſſe deſiit. *Bielſki p.* 451. *Hic juxta Paprocki in Nido Virtut: p.* 37. *non Ioannes, ſed Derſlaus nominatur. Cromer: l.* 25. *p.* 28.

RAPHAEL à Tarnow JAROSŁAWSKI.

DUm prior mortalium ſorte ceſſit fatis, par ſucceſſit pari; quia contra Tartaros Dux æquè ac

pòſt

pòſt Irenarcha. (*Cromer: p.* 403.) Publicus eſſe voluit, ut publico bono inſudaret. Ut Patriæ prodeſſet, extra Patriam Legatus ad Regem Hungariæ proceſſit, fœdus iniit, quod Patria optavit. (*Bielſki p.* 471.) Nunquam meliùs floret Reſpublica, quàm dùm vicinos fovet ut amicos, conſervat in ſui tutamẽ ut vindices. Nec ſatis Raphàëli fuit amico fœdere ſociare vicinias, inter Electos Regni Candidatos inclinabat in optimos. In Electione enim Alberti Regis, magìs faviſſe viſus Sigiſmundo Fratri, quàm Alberto Regi: illum regnare voluit, cui adſtitiſſe famã, felicitatem vidit. (*Bielſki p.* 479.) Poſt coronationem Alberti Regis, brevì æternis coronatus votis. Anno D. 1493. exceſſit è vita, ut vitam aſſumeret terris meliorẽ:

liorem: Divino cessit fato, qui meritis humana excessit facta. Sic abeunt, non pereunt, qui famam, gloriam, vitæ integritatem pro vita substituunt. *Cromer: p.* 438.

STANISLAUS de Chodecz, seu CHODECKI.

NOn sic ferax Heroum Polonia solos gignit Catones, ut etiam bellis non gignat Heroas. Nõsic enim Poloni sunt disertè loquaces, ut simul gloriosè bellaces non sint. Hæres Martiæ laudis hic Heros Stanislaus fuit, qui inter numerosos protunc conflictus, virtute non numero certare dum cœpit, ubiq; vicit. Adstes uti laboris sic & gloriæ in illo cum Tartaris ad Wiśnioveciam,

veciam, temporibus Sigismundi I. clarissimo per orbem certamine prodidit orbi, quantùm pro Patria, & gloria dùm potuit, voluit, dùm voluit, fecit. Tartaros ipse multos demessuit, prædamq; igne dignam ad tartara misit. Dùm ferro potens, mitissimus ore diserto fuit, ubiq; tanto digna Patria filio, quem Patrem experta, quàm dignus tantâ Patriâ filius, qui totus Patriæ fuit. Anno 1515. dùm functus munere, defunctus Orbi. Parcissima nimirùm in vitam hominum immitis Parca est, quæ tunc maximè sæviendo mitescere videtur, cùm nec Potentibus insperatè parcit. *Meminit ejus Bielſki p.* 289. *Vapowſki p.* 549. *Ludow: Iodoc9 Decius apud Miechowit: in fine p.* 57. *Zału: tom:* 1. *p.* 211. *in fine.*

STANISLAUS HALICKI.

NIhilo feliciùs Regna còálefcũt in gloriam, quàm optimis Regibus. Reges nunquam gloriofiùs imperia ftabiliunt, quàm optimis viris, qui dùm Regum animos occupant, ad boni publici amuffim dirigunt, dùm optimè fvadent. Salubre enim confilium ut Regum auxilium, fic Regnorum ftabilimentum eft. Hic poft priorem fecundus Nomine, & omine Staniflaus laudis meretur præconia, quòd quidquid publicus Stator egerit; laude & præmio dignum egit. Inter cætera, celeberrimo illi Maximiliani Cæfaris, Sigifmundi I. Poloniæ, Ludovici Bohemiæ, Vladiflai Hungariæ Regum conventui Pofonien-

fi, demùm Viennenfi Anno 1515. gloriofè adfuit, quidquid pro honore Patriæ, pro decore boni publici agendum cenfuit, fvafit, & perfecit. Inter Majores Caftellanos Senatui adlectus, Capitaneum Leopolienfem egit, dùm Scipioni præfuit. A terrenis abftractus, altiora petiit Anno 1529. qui fumma meruit. Innuit de eo *Ludov: Iodocus Decius apud Miechovit: p.* 102. *Vapowfki p.* 602. *&* 615.

PETRUS de Wiśnicz KMITA.

UT principalis in Regno Nominis, fic primi femper Honoris Domus, Sarmatico ùt Orbi gloriam, fic fibi perennem conciliavit famam. Hæres hic non folùm Magni No-

minis, ſed majoris virtutis, non tàm alienæ, quàm ſemper propriæ. Minimè enim vivunt, qui derivatâ ſolùm à demortuis probitate vivunt. Compoſita ejus ad bonum Indoles clariſſimum in Regno fecit Petrum, qui publica prævidendo pericula, arces, fortalitia providebat. Nullum Nobilem videre voluit, qui læſus ab alio eſſet: & cùm talem advertit; ab injuriis libens inſontē vindicabat. Nullos magìs gratioſo corde fovit, quàm eruditos, cum quibus ſolùm agere, & vivere viſus. Sic ſæpè ùt probi probos efficiunt, ſic eruditi erudiunt probatos. Et licèt diſcordem cum Joanne Tarnovio Duce ageret animum; ſic tamen ab eo non alienum; ut in publicis ſemper conſiliis videretur habere unum. Ex Mareſchal-

ſchalcatu Curiæ, Mareſchalcum ſupremum, & ſimul Palatinum, & Præfectum egit Cracovienſem, pluribus non tam eguit, quàm probitate meruit, hoc ſolo Domui injurius, quòd ultimus Domûs ſuæ Hæres obierit An: D. 1553. *Bielſki pag:* 598. *&* 556. *Vapowſki p.* 602. *&* 615. *Cromer. p.* 448. *&* 602. *&* 560. *Okolſki t.* 3. *p.* 133.

JOANNES MIELECKI, è Gente Gryphonum.

Palatinus Podoliæ, Capitaneus Samborien: Grodecēſis, ſimul Irenarcha Regni.



Ic vix puer, jam miles, vix miles jam victor: teneram ætatem litavit Marti, ut ferreꝰ eſſet, an-

 tequam

tequam adultus: continuus in bellis, bella continua fovit, nunquã quietior; quã dùm hosti infestus fuit. Sed sæpè alumnus Martis, comes periculi est, quod sæpiùs subiit, dùm incautiùs, licèt animosiùs egit. Dùm vulnera pati hostẽ jussit, vulnera & ipse passus, nihil animo despõdit, jam Miles invictus, jam Dux fortis, & victor. Proinde quem ferrum expolivit; honor Martis comes suis titulis insignivit, & extulit. Ad bellum Livonicum, summo cum Imperio expeditus, bellum finiit, vix dùm cœpit: coactos armis Livones pacem petere coëgit, ut ferrum averterent, quòd in se converterant. Licèt autem ferox Marte, rigidusq; fuerit; domi tamen comis esse videbatur, adeòq; singulis charus. Sic qui se omnibus

omnia

omnia facit, omnes in sui cultum rapit. In Magistratu gravitatem præ se tulit, resectâ acerbitate, quâ nullos pressit, nisi hostes. Demùm per multorum titulorũ gradus gradiendo, cõmuni omniũ plausu ad supremi Irenarchæ scandit fastigiũ, dignus eo, qui per calcata hostium capita fieri Caput Ministrorum meruit. Sed postquam immortalitatẽ affectavit mortalis; communi fato immortalis esse cœpit. Anno D. 1561. Annorum ætatis 60.
Paprocki in Nido virt: p. 28. in fine. Okolski t. 1. p. 242.

JOANNES de Dąbrovica FIRLEY.


Ub tractu Comitiorum Regni ad Supremi munus attractus Irenarchæ Anno D. 1562. cum

Pala-

Palatinatu Lublinenſi ſtallum Senatûs occupavit, quod ei vetuſtus inſignis Familiæ decor detulit. (*Bielſki p.* 612.) Demùm ad Palatinatum, & Præfecturã Cracovienſem fecit gradum, ubiq; maximꝰ ubiq; optimus. Major fuiſſet, ſi virtuti fides orthodoxa correſpondiſſet: (*juxta Bielſcium pag:* 654.) Auguſtanæ fidei ùt promotor, ſic ſectator fuit. Rarò clareſcit virtus, ubi rara mentẽ obſcurat fides. Non ſoli Sarmatiæ innotuit, qui ſæpiùs peregrinas in oras excurrit, continuus ùt viator; ſic curioſus alienorum ſpectator eſſe voluit. Singula, quæ rara, videre appetunt; qui benè videri volunt. Tunc demùm frequens ſtitit iter; dum iter æternitatis ſubire juſſus Anno 1574. Terram petimus, qui de terra ſumus. Commune

malis

malis malum, bonis optimum mortalitas, quæ dùm mori adigit, immortalem facit. *Bielſki p.* 79. Navata ejus opera Ducatum Litvaniæ Regno Poloniæ univit, & Ducatum Oświecimenſem in Provinciam redegit. *Okol: t.* 2. *p.* 121.

ANDREAS de Bnin OPALINSKI.



ANnus 1575. (*juxtà Bielſcium pag:* 725.) jam virum meritorum in Supremo conſtitutum Miniſterio Orbi porrexit ad cultum, Senatui ad ſtuporem. Ut enim excellentior eum produxit Sangvis; ſic Nobilior ad Gloriam evexit virtus. Ex bene attenta Magiſtratûs adminiſtratione grande accepit

elogiũ,

elogiũ, quod grandius meruit, quâm posteris loquax fama inscripsit. Si enim Infulatæ Veritati prisca, ut debet, & decet, datur fides; (*Lubieńſki p.* 2.) hæc fide asseruit publica, votoq; omnium: *hunc ultimum fore, nec parem illi successurum, qui ex usu priscæ disciplinæ eum Magistratũ gerere posset.* Ita enim eum gesserat; ut ex eo summæ laudis referret præconia. Grandævus Senatûs Stator ùt ingenio, sic efficaci pollebat consilio. Major aliis, Majoris Poloniæ Præfecturam tenuit, ut ubiq; antecellere videretur, qui alios excellere videbatur. Subiit mortalitatem, dùm æquè cum cæteris obiit Anno 1592. Dignus qui æternùm viveret, dignior qui altiùs in cælis perennaret. *Piaſecki p.* 77. *Lubieńſki p.* 2. Ex Mareschalco

schalco Curiæ ab Henrico Gallo creatus Irenarcha Supremus.

STANISLAUS PRZYJEMSKI De Domo Rawicz.

TUlit præ cæteris palmam par priori Collega Stanislaus Curiæ Mareschalcus, ast post fata prioris jam Major, imò Supremus Irenarcha, priorem ùt genere æquavit, sic virtute. Multos de Aboriginibus habuit, quos Senatus Statores coluit, sed hic plus præstitit, dùm quot merita Insignis Domus congessit, hic in se collegit. Nec solo fultus Scipione, quem portavit, etiam ferrum strinxit, quod in hostes vibravit. Egit pro gloria, ut tantæ virtutis

Heros debuit, & decuit fortem. De hujus aboriginib9 Albertus Castellanus Lanciciensis, Privilegium incorporationis Podlachiæ dum subscripsit; inscripsit Patriæ famam, meritum sibi, quòd quæ potuit, gloriosê pro Patria gessit. Non hic verus Patriæ civis est, qui inter concives nascitur, sed qui dùm natus, gratus Patriæ vivit. Non alius ab Alberto Stanislaus, non aliam orbi expressit scenam, nisi quam præco fama divulgavit ad gloriam, & perennis gloria conclusit ad immortalitatem. Nec momentum deperdit ad meritum, cujus cura absq; privato bonum publicum est. *Lubieński p.* 2. *Piasecki p.* 90.

NICO-

NICOLAUS ZEBRZYDOWSKI
jam fuit Mareschalcus An: 1596.

Piasecki p. 172.



On postremi inter primos Nominis, primi inter non postremos Honoris Orbi Sarmatico inclaruit Zebrzydovius, Lublinensis in Palatinatu primùm fastigii, Cracoviensis demùm consors, pòst Supremi Irenarchæ munus gessit: sed ubi hoc fastigium, fastidium ei esse cœpit; maluit ad Palatinatum redire Cracoviensem. Nec honor exosi expers humoris est, qui quod priùs placuit, fastidit. Regiis Sigismundi III. beneficiis auctior, quò assurgebat potentior; eò Majestati infensior es-

 se vi-

ſe videbatur. Minima ſæpè ſuſpicionis ſcintilla, maxima inſurgentis offenſæ occaſio eſt. Priùs Principem in occulto oderat, antequam ejus odium partiret in omnes. Regio cum Auſtriaca matrimonio maximè offenſus, & pluribus ejus, quæ in ſuſpicionem venerant, innocentibus geſtis Regnum à Rege, Regemq; à ſuis divellere conniſus eſt. Quid non tentat alienum odium, dum audet! quid non audet, dùm poteſt! Multos pro ſe habuit, conſtantes nullos: à verbis ad bella tranſiit, aggreſſus Principem, viciſſim eundem aggreſſus Princeps, huic cedere debuit cæſo ſuo milite, fortunam reperit, dùm pacem. Mediante Senatu, media pacis adhibita, & concluſa. Et dùm paci ſtuduit, in pace quievit Anno 1601.

no 1601. Sic mortales nunquam nôrunt meliùs quieſcere; quàm dùm fiunt immortales. *Fuſiùs de his Lubienſki p.* 34. 40. 102. & 150. *Bielſki p.* 730. *Okol: t.* 2. *p.* 567. Poſt Zebrzydovium biennio ob plures concurrentes vacabat hic Magiſtratus. *Piaſecki p.* 228.

SIGISMUNDUS Marchio MYSZKOWSKI.



Aximè ingruens ſemper turbo quatit maximos. Honori ubíque livor comes eſt, pediſequa invidia. Non minoris in Regno Nominis, & Generis Marchio, certare virtute cum maximis, & Sangvine par fuit, nec deſtitit. Cùm optimo Regi adhæſit

ſit optimè, ab æmulis acceptus iniquè, quaſi Auctor conjugii Regii fuerit, quod ad mentem plurimorum non fuit. (*Lubienſki p.* 26.) Fruſtra minoribus adſcribitur, quod à Principibus liberè appetitur. Corde, & milite Sigiſmundo III. Regi aſtitit, quingentos proprii æris ſubmiſit, nè Principem aliquid è periculo pati pateretur. Præcipuum fidelis Statoris fuit ſtudium, Regis conſervandi incolumitas: ſeipſum involvebat periculis, ut non alienus à corde Regis, non alius videretur è ſorte ejuſdem. (*Lubienſki p.* 26. 32. 67. 420.) Conjugiũ cum Cõſtantia Auſtriaca ſociavit, in Imperio effecit, quod efficiendum habuit, & quod potuit pro Principis gloria, pro Patria; gloriosè evicit. Quid non poteſt circumſpecta

dexte-

dexteritas? quæ omnia poteſt, dùm ſeriò agit. Ejus merita dùm grata æſtimavit Sarmatia, meliùs compenſavit immortalitas An: 1615. *Piaſecki p.* 361. & 248.

NICOLAUS in Podhayce WOLSKI.



Ihil citiùs quemque honori deſtinat, quàm meritum, neminem citiùs promovet, quàm probitas. Emeritus Sarmatico Orbi Nicolaus priùs Regni Enſifer, quàm Statûs Miniſter, primùm Minor Curiæ Mareſchalcus, antequàm ſupremus, ubiq; ſpecimen præbuit, quo inclareſceret. Obiit Legati munus à Sigiſmundo III. ad Archiduciſſam Matrem Reginæ (*Lu-*

bienſki

bienski p. 6.) Et nè Domi videretur ſterileſcere, ut orbem ſpectaret, orbiſq; eum; quotannis ferè vel Germaniam inviſit, vel Italiam, (*Piaſecki p.* 501.) quaſi non ſoli Patriæ ſe natum putaret, qui ſolus & domi, & foris ſufficere videretur. Principi ſatis fuit charus, dùm cæteris humanus, ſingulis clarus, quòd Patriæ amans. Nemo glorioſiùs vivit, quàm qui ſe totum conſervandæ Patriæ impendit. Vitam continuo itineri deſtinabat, ut tot meritorum premeret paſſus, quot fixit pro Patria greſſus. Sed ſtitit mors gradum, quæ nulli ſubſiſtere conſtanter permittit. Mortalitati exſolvit debitum, dùm mortalis eſſe deſiit Anno D. 1630. & immortalis eſſe cœpit.

LU-

LUCAS de Bnin OPALINSKI.

PRæcedentis paulò ſuprà Andreæ Filius, poſt Patrem Mareſchalcum ipſe mediatè ſucceſſor, Hæres Sangvinis, Hæreſq; honoris, hoc ſolo minor, quòd prioris natus. In his annos exegit, quæ ab ipſo honor natalium exigebat. Europam peragravit, antequam operam Patriæ impendit. Nunquam aliter vixit, niſi ſplendidè. Felicitas primò ei fuerat pediſequa, ſed ſemper, ùt in humanis eſt, inconſtans. Æmulos reperit, quos invidia excitavit. Biennale pluſquàm diſſidium cum Staniſlao de Zmigrod Stadnicki, eo partes impulit, ut integris pænè exercitibus civile gliſceret bellum. Quid non poteſt

F2 animus,

animus, cùm impotens eſt! Nece æmuli victor Opalinius, ſed nondum quietus: jure victus, extrema opulenti patrimonii profudiſſet, niſi Sigiſmundi III. & Vladiſlai profuſis in optimum gratiis ſublevatus fuiſſet. Primùm Caſtellanus Poſnanienſis, tùm Curiæ Regni, pòſt Supremus Mareſchalcus, ſupra triginta Annos utroq; munere functus, ſumma collegit merita, quæ eum Sarmatico Orbi immortalem facerent. Fractus honore, non honor illo, antequàm vitam, honorem ſponte depoſuit Anno D. 1650. *Okolſki t. 2. p. 166. Kochowſki Cl. 1. p. 174.*

GEORGIUS S. R. I. Princeps LUBOMIRSKI.

Vide-



Videat Orbis, quàm malè, felici optimorū ſorti invideat: quos ſors naſcendi erigit, inviſus citò livor deprimit. Grande variantis ſortis ſpectaculū, quem genus, fortuna, honor fecit beatū, æmula ubiq; comes Aularū invidia, Principi Joanni Caſimiro effecit inviſū. Quid felicitate infelicius? quid blandiente fortunâ inconſtantius? Hoc Heròé in campo nemo fuit felicior, hoc Statore in Curia nemo ſubtilior, nemo antiqua Polona veritate dicendi præſtantior. Nemo ad extremum illo depreſſior. Rex ipſe æmulus, quis non ſuccumberet? nec tamen ſuccubuit, qui occumbere maluit pro Patria, quàm in ejus præjudicium quidquam cedere. Viſus

 cum

cum Principe toties confligere, ſed adactus, qui non offenderet, ſed ſe defenderet. Ubiq; Comes innocentiæ victoria eſt. Nec tamen victoriâ ſic uſus, ut Regi, quod ſuum eſt, non tribueret. Principem ſemper deprecari voluit, dùm victor fuit, nec tamen ſuâ innocentiâ devicit animum Regium, ut in animo Principis haberetur. Nec ſic uſus victoriâ, ſuccedente ſibi Bellonâ; ut quemquam deprimeret, dùm potuit, ſed noluit. Majorem partem Poloniæ habuit, quæ dùm infelici condoluit, ut felicem faceret, ſuccurrit. Abrogatus ei cum munere honor, non tàm receſſit ab eo, quàm libentiùs ipſe eidem ceſſit; maluit ſe victum quaſi in pace videre; quàm in civili diſturbio victorem gloriari. Pro libertate

agens,

agens, liberè ceſſit in Sileſiam, ibi dùm à Cæſare honorificè ſuſcipitur; honorificentiùs ut mortalis ſuſcipitur ab eo, qui protector innocentiæ Deus eſt. *De hac tranſactione Kochowſki Clim:* 3. *p.* 78. & 262.

JOANNES SOBIESKI Vexillifer Regni.

ILle eſt, quem Bellona genuit, nutrivit Mavors, coronato in ſinu blandè pediſequa locavit felicitas. Victor ubiq; ferro vixit, Regnator, domi pace ſemper rexit, æquè formidabilis hoſti, ac ſuis amabilis. Pulchriùsne Orbi Regnator præluxit in Corona, quàm Dux & Heros in acie campi prælusit in Galea; problema eſto.

Sum-

Summus genere adolevit ùt alii, summos præcucurrit ùt rari, coronam prehēdit ex merito, ut vix aliqui. Primam bellicæ virtutis jam adultus sub oppido Zbaraż jecit aleam, primò tunc Javoroviensis Præfectus, (*Kochow: Cl.* 1. *p.* 141.) & victor. Noluit aliter pro coronata Regni certare Galea, nisi semper vinceret. Nullum præteriit cum Tartaris, Cosacis, Turcis certamen; quin ipse adesset, & dùm adfuit, vicit. Podhaycenses, Chocimenses, Viennenses, Strigonienses, Loravnenses clarum Orbi Victrices palmæ fecêre Ducem, & Regem, qui orbem clariorem fecit, dùm per se victorem. Electus jam, coronari noluit, quin priùs triumpharet, & priùs hostile Turcarum præcidit caput, quàm suo capiti

dedit Diadema. Adorari prono capite ab hoste priùs voluit, quàm coronari. Corona Regnorum, victoria Principum est. Scipionem cessit alteri, dùm successit Regno, utinam nunquam, Amator Patriæ, à Regno decessisset. *Vide de illo inter Reges in libro meo 2do, edito sub titulo: Facies Rerum Sarmaticarum p.* 37.

STANISLAUS LUBOMIRSKI, S. R. I. Princeps, *ex Mareschalco Curiæ R. supremus Anno* 1676.



Atis ejus elogii, quòd omnium elogiorum compendium fuerit, omnium virtutum norma,

quam pedisequa enutrivit modestia, exquisita efformavit eruditio, ad stuporem sæculi expolivit polities. Cato Sarmatiæ dici merebatur, qui quidquid dicebat, fundebat oracula. Amabat Patriam, amabatur à Patria, ut amor singulorum diceretur. Dignus meritò Infulato præconio, quo eum Agnus, & Pastor coronavit Załuscius (*tom*: 3. *p*. 169.) *eò perduxit animum Stanislaus, ut non tantùm malus esse civis noluerit, sed nec potuerit.* Nunquam iratum vidit Aula, nunquam timidum Curia, privatus nunquam recessus advertit otiosum, totus impalluit libris, qui tot & sacros, & prophano-politicos libros edidit, dignus æternitati inscribi, qui jam immortalis vixit. Nec sibi defuit, dùm suæ Residentiæ Ujazdoviense Pala-

Palatium cum thermis erexit, nec defuit pietati, dùm Czerniacoviense delicium Divo erectum Bonifacio dicavit: plura fecisset, si vixisset, sed satìs & ita fecit, dùm pro Patria multum egit. Vitam, non tamen famam, tunc amisit, cùm eum vivere maximè necessum fuit. Excessit Anno Domini 1702. Injuriosa Regnis mors est, dum eos terris eripit, qui à fatis Patriam eripere possint.

JOSEPHUS S. R. I. Princeps LUBOMIRSKI
Curiæ R. Mareschalcus.



NOn breviter dicendum de eo, qui dùm vixit, breviter præfuit. Profuit tamen, dùm in brevi exple-

explevit tempora multa. Sarmatici ignarus Orbis eſt, qui ejus clariſſimæ ignarus Originis. De Cunis Principum Princeps adolevit, ad omnia ſumma natus ſperabatur, niſi brevi mortalis eſſe videretur. Maximam ſpem de eo concepit Joannes III. ſed aliquando humanæ ſpei inanis expectatio eſt. Tempeſtivè obiit intempeſtâ morte. Morte nihil certius, nihil incertius puncto mortis. Vix integro Anno functus munere, defunctus eſt orbi. Ita mortales ſpirare deſinunt, cùm non ſperant. Aviti SRZENIAVÆ profluvio ſicut torrens dilapſus ſuper terram, abiit, quò ſinè termino fluit æternitas. Obiit Anno Domini 1703. *Załuſki tom.* 3. *p.* 366.

CASIMIRUS BILINSKI, Mareſchalcus Curiæ R.

MUlta optima, in flore ætatis, protulit, dùm adultam ætatem bono publico impendit. In Succamerariatu Regni egit pro bono Patriæ, quæ dùm potuit, voluit. In Comitiis Electionis feliciter nunc Regnantis AUGUSTI II. electus Equeſtris Ordinis Director, omnes impendit conatus, ut ſe totum impenderet Patriæ, ut Patriam ſe penes, videret unanimem. Eloquio facilis, dictione ſvavis, ingenio promptus, dexteritate potens, omnem movit lapidem, ne inſurgentes in ſe moverentur partes, quæ jam mutuis ſcindebantur di-

ſcordiis. Quid libertati perniciosius, quàm diſcordia? quid ſalubrius unitate, quæ Regnorum unio eſt? Irenarcham minorem priùs egit, quàm ſupremum: ſic dignitas non tam livori ſubjecta eſt, dùm gradaria. Mox ſupremo potitus Scipione, potitus & Principis corde, quod ſibi blandè devicit, dùm morum comitate placere cœpit. Modeſta Procerum magnanimitas, Magnes Cordium eſt. Sic dum triumphavit, in Corde Regni Varſaviæ cor cum vita depoſuit Anno D. 1713. 24. Martii: Sociatum Scipioni Honorem, fractus laboribus, dùm dimiſit, in Templo Patrum Societatis JESU ibidem demiſſus Aboriginum tumulo, erigitur dum jacet, dùm tacet loquitur, quòd ſepulchra Procerum Scholæ

Regnorum ſint, docentes conſortem honoris eſſe tumulũ: etiam maximi dùm nativa ſorte eriguntur, inevitabili morte deprimuntur.

JOSEPHUS VANDALINUS,
Sacri Romani Imperii & in Magna Kończyc & Oſsownica Comes.
M N I S Z E C H,
ex Mareſchalco Curiæ M. D. L. Supremus Regni Irenarcha.


Ege præco optimorum fama, Optimatum cultrix. Joſephus grandium accreſcens meritorum eſt, lege ergò Emeritum. Inter primi Optimates Miniſterii primus eſt, quia

optimus, inter dignos nulli cenſetur ſecundus, quia merito, & virtute dignus, utroq; Secundiſſimus, his dùm excellit, antecellit multos. Anima enim rerum, probitas optimorum eſt, quæ dùm Magnates animat, eoſdem ceu Magnete ut amentur, & colantur, ad Honores trahit. Hanc dum Joſephus ſtrictè retinet, eminet, dignus altiore ſubſellio, ſi altiùs, ùt eſt, ſcandere poſſit. Primum enim in Regno Miniſterium, ſummum quodammodo faſtigium eſt, vel ex eo, qui enim proximè Regi præit, maximè præeſt, & qui cor Regis tenet, in ſummo primum vivens dici meretur. Irenarcha Regni ùt è Miniſtris Supremus, ſic è Supremis Genere eſt. Quot Avos, Atavos, Abavosq; numerat, tot Senatûs Statores: ſed & hoc ad

hoc ad Gloriam JOSEPHI perexiguum. Proximus ſuo munere Adſtes Principi, qui Principes Roſſiæ proximos Sangvine habuit. Purpuras Regum tangit, qui propè Purpuris præit. Et cùm tantos Majores habuit maximos; ipſe ſuis maximis effectus major, licèt illis ætate poſterior, probitate tamen videtur præſtantior. Ad maxima Avitis evolavit pennis, nè ab amuſſi Majorum altè aſcendentium avolaret. Archipater ejus VANDALINUS MNISZECH, Magni Caroli Cæſaris ſupremus Exercituum Dux, Magnanimum Cæſarem fecit, dum per ſe toties Victorē: ſepties conflixit, ſepties triumphavit. Joſephꝰ magno Atavo glorioſior Nepos, pro ferro Scipionem ſtringit, & malos terret, ferox ingenio feroces ma-

ces ma-

ces malorum cicurat animos: & dum alii absq; chalybe victores esse non possunt; hic absq; ultore chalybe, devictos sibi habere potest, & facit. Is enim summorum animus est, ut magis affectu vinciant feros, quàm ferro. Si penitiùs ejus spectes dotes; fidus Principi, & fidelis, à quo illum nec ulla divisit adversitas, nec prosperitas elatum fecit. Vitam ejus suâ vitâ tuetur, ut dùm Principis cor occupat; suum esse putet. In bene adulta ætate nativus candor viget pro canitie, probitas pro lege, mansvetudo, & comitas pro amussi: sic tamen colit veritatem & indagat, ut nihil ignoret: adhibet severitatem; ut malo nihil ignoscat. Singularis optimorum dos est, non se sibi facere singularem. Josephum dum ab a-

 liis Ma-

liis major secernit Dignitas; nec elatum, nec alienum à quoquam nativa facit affabilitas, quæ cuiq; accessibilis. O grande Magnatum exemplar! quibus pro exemplari major cæteris posuit Josephũ Honor. In gerendis negotiis justus, in expediendis promptus, in publicis Consiliis efficax, quæ ex lege, ut fiant, præcipit; ipse, ut primus faciat, incipit. In munere suo Judex est, in Judice Legum vindex, nè profugam habeat Astræam, exleges ex Astræa dùm punit, fugat. Ita tamen in Judiciis justus, ut nulli quàm necesse sit, severus sit, & affabilis & accessibilis singulis, præterquam vitiis: quæ dum quærit, ut puniat; Aristidis scipione ferit, ut ea ex Urbe Regni eliminet. Sic, qui expers vitii est; vitia odit, & pro-

 scribit.

ſcribit. Ne cæca cæcutiat Juſtitia; minimas Avitâ Pennâ obſervat atomos, ut excutiat. Juſtitiæ aram erigit, qui juſtitiam pro ara colit: & dum æquitati ſacroſanctè litat; ſe in Aram æquitatis erigit. Ab origine ſua cultor pietatis, pietati non deeſt, qui ubi poteſt, Religioni adeſt. Brzoſtoviciis Seraphicus Ordo Seraphinum pietate prædicat, dum JOSEPHUM extollit Munificum in ſuos Largitorem. Nec aliæ Religiones deſunt, quæ datorem prædicent, cùm ille non deſit, qui ſubveniat. Teſtare cultrix paginâ, quæ merita ejus, Avitâ fundis pennâ: ſed pennæ ſcriptorum deficerent, ut tanto No-







Nicolaus Mnißech Archicā. Regni. — *Kamieniecka Palatī. Podolia*

Nicol: Tarło Vexil: Sand. — *Joanna Stadnicka*

Marcus Stadnicki Castellan: Sandecen. — *Barbarā Zboroska Castella: Cracov:*

Sieninski — *Herburtowna*

Hieronym9 Chodkiewicz Castellan9 Vilnensis — *Tarłowna*

Stanisl. Kiszka Fil. Palat. Vitebscē. — *Elisabeth Sapieżanka Castella. Kiiovien.*

Nicolāus PAC Succam: Brestensis — *Tryznianka Palatin: Derpat*

Lauret: Rudomin: Cap: Niderpol: — *Felicianna Wołowiczowna Mareschal: M. D. L.*

Georgi9 Mniszech Palatin: Sandomir: — Hedvigis Tarłowna

Andreas Stadnicki — Sophia Sieninska

Christophor9 Chodkiewicz Palat: Viln: — Elisabeth Kiszczanka

Stephan9 PAC Procan: M.D.L — Marianella Rudominowna



Stadnicciorum





Chodkiewiciorum

Francisc9 Mniszech Castellanus Sandecē: — Barbara Stadnicka

Joannes Chodkiewicz Castellan9 Vilnē: — Sophia Pacowna

Georgius Mniszech Palatinus Volyniæ — ANNA Chodkiewiczowna

GENEALOGIA
Illustrissimi & Excellentissimi D.D.
JOSEPHI. S.R.I.
& in Magna Kończye & Ossownica
COMITIS
MNISZECH
Supremi Mareschalci Regni.

* *
*

JOSEPHUS MNISZECH
Mareschallus Regni

Ex Eleonora Ogińska Annam Monialem S. Benedicti

Ex Ogińska Teressam Lubomirska Palatin: Czernichov:

Ex Constantia Tarłowna Palatinid: Lublin: Habet

Elisabethā Wielopolska Capitan: Cracoviens:

Joannem Augustum Capitan: Sanocen:

Joannem Carolum Capitan: Javorov:

Ludovicā Mareschalc: Regni



to Nomini, tanto optimorum Statori dicere laudes ſufficerent. Proinde & mea penna te ſubduc è pagina: ſatiùs profundo in cultum ſilentio loqui præſtat, quàm prolixa loquacitate adumbrare virtutem, quæ ſe ipſam ubiq; loquitur, niſi hoc ſolùm addas: Dum ſupremus Irenarcha Annos implet meritis; non anni, ſed ſæcula hunc ſequantur, qui quidquid vivit, ſæcula meritorum vivit.



De Mareſchalcis Curiæ Regni.

CUm jam ſatis actum ſit de eorum munere, ubi de Supremis egi Mareſchalcis, (in quorũ abſentia eâdẽ hi funguntur poteſtate) proinde ad eosdem, ut ordine ſequebantur, deſcendo.

MARESCHALLI
Curiæ Regni.
JOANNES BIESIAD
De MOKRSKO.
Iam præfuit Curiæ Anno 1455.



Ui curat probitatem colere, coli ab honore non indignus cenſetur. Dùm ut prodeſſet Patriæ, totas impendit curas: ut tanto præeſſet muneri, tota addictæ ei Aulæ cura fuit. Dùm Palatinatûs Cracovienſis Vexilliferum egit; pòſt etiam Curiæ Mareſchalcatum pro merito accepit: ſic grata rependit Patria, qui ſe Patriæ gratum exhibet, & qui plùs ei precatur, quàm ſibi, efficitq; quod poteſt, facit quod decet, imò debet. Ingenii hic dum floruit elegantiâ, non minùs, ac morum ſvavitate; omnium in ſe convertit oculos, omnium in cultum devicit animos. Dùm divites ſortitus Proavos, & Parentem; ab eodem in ſortem natu tertius accepit Brudzoviam, Widuchowam, Poſkorovice &c. Dignus majore præmio, qui ſe majorem exhibuit merito. Redivivus credebatur Cato pro aris, focisq; Patriæ, & ore perorans,

rans, & ferro decertans. Multa dum pro Patria fecit, pro Religione urſit, immortalem ſibi Gloriam inſcripſit. *Okolſki tom: 1. p. 346. & p. 341. in fine.*

RAPHAEL de Gołuchow
Comes in Leſzno
LESZCZYNSKI.



Unquam meliùs ad Purpuras excelſus rubet Sangvis, quàm dùm virtute candet, ut clareſcat. Non erubuit hic ad Patris merita, ſed propriis auxit, fortiſſimo Parente fortior Scipio. Ætatē quàm domi fovit, extra Patriam excoluit, ſed non aliter, niſi vel Dux, vel miles, Cæſareæ Majeſtati charus, quia bello felix, manu Victor: ſub ejus auſpicio dùm militavit; triumphavit:

imò

imò ut dicam veriùs, mutuis auſpiciis: hic quòd ſub Marte Cæſaris, Martem, Ducemq; fortunatus ageret; Cæſar quòd ſub tanto Milite, & Heròé de hoſte triumpharet. Sic dum charus Cæſari, charior extitit, dum ejus Nomine ad Regem Polon: Caſimirum, ad Regem Hungariæ Oratorem egit, & dum omnia ex voto expleviſſet; Comes in Leſzno Anno 1470. creatus, ad Biſontis inſigne, Velus aureum, & Leonem cum ſtricto gladio adjectum pro merito accepit: plura in præmium accepiſſet, niſi etiam benè mereri de Patria reverſus fuiſſet. Dum priùs in Regno inclaruit, quàm redux comparuit, ubi ſe Aulæ ſtitit, Caſtellanum Gneſnenſem Aula ſalutavit, mox dignum Majoribus culminibus, Mareſ-

chalca-

chalcatu Curiæ Regni, tum Castellanatu Posnaniensi decoravit, adjectis Cujaviensi, Lencicienſi,& decem aliis Præfecturis. Ne frustra Titulos augeret, merita augebat, Patriæ, consilio, & manu succurrendo. Cùm sic apud exteros celeberrimus, domi meritissimus, dignos immortali laureâ expleret annos, mortalitatem exuit Anno 1501. ut æternùm triumpharet. *Cromer lib: 27. sub Anno* 1470. *Okolſ: t. 3. p.* 296.

PETRUS KMITA,

Jam fuit Anno 1499. qui majori ſuccessit Scipioni Anno 1529. *Vide inter supremos hic Mareſchalcos p. 27.*

JOAN-

JOANNES OCIESKI.



Magni Cancellarii Filius Joannis Joannes, pari Nomine, & Cognomine, pariq; indole gratiosus fuit, adeoq; singulis gratissimus. Non ita curavit, ut diu viveret, sed ut benè & sibi & Patriæ viveret. Vitam toties, nè periclitaretur Patria, periculo exposuit, eligens satiùs morte pacem redimere, quàm vitam in disturbio Patriæ tueri. Sic illi vivunt, qui Patriæ vitam se debere nôrunt. Ad adjectam Præfecturam Sandecensem, egit Castellanum Biecensem, & Curiæ Regni Magistrum, ubiq; sic se gessit; quasi fidus Patriæ Atlas, grande Regni negotium ageret, nec destitit, donec gloriosè perficeret: ita lu-

 ctari

ctari in agendis dextrè negotiis visus, ut semper non absq; plausu eluctari videretur, non illorum more, qui jamjam triumphant, quòd benè inceperint, sed mox experti ardua, quasi in Scylla subsistunt, ut desistant. Qui à fine incipit, benè concludit, sic faciendo, ad mentem omnia perficit. Eo stylo vixit Joannes, & palmam tulit, dignus encomio, cujus vita encomium fuit. *Okolski tom: 1. paginâ* 325.

JOANNES TĘCZYNSKI.
Jam fuit Anno 1548.



Oanni successit Joannes. Comes à Tęczyn multorum titulorum, quia multorum meritorum Minister in Aula, Senator in Curia, ubique maxi-

maximus. Præclarum ingenium fecit Statorem, prompta ad bellica, manus effecit triumphatorem, eloquens oris svada publicum ad exteros proclamavit Oratorem. Ad Solimanum Turcarum Imperatorem, ad Ferdinandum Cæsarem, Ungariæ & Bohemiæ Regem, quot illustres obiit Legationes, tot æviternas Patriæ & sibi cumulavit laudationes. A Sigismundo I. in Senatum lectus, jam Palatinatu functus Sandomiriensi, jam Mareschalcatu Curiæ R. & Capitaneatu Lublinensi, Lebovienſi &c. ubiq; consilio, & ingenio superavit titulos, Marte & probitate excelluit. Sigismundi I. perpetuò domesticus, ejusq; arcanorum domestico-fidelis Consiliarius. Nec illi gratitudine Sigismundus Augustus, prioris

Filius, defuit, cùm illum abeſſe à ſe non permiſit, teſtatus honorem illi, quem Coronatus in honore habuit Pater, u-terq; Sigiſmundus. Joannis fide, operâ conſilio, labore Auguſtus vixit, ut quaſi in Auguſtum totus Joannes tranſiiſſet, qui rectè Patriam rexiſſet. Demùm indefatigabilis, fatigari deſiit, cùm placidè obiit *Anno* 1553. 20. *Maji. Okolſki tom:* 3. *paginâ* 21.

STANISLAUS MACIEJOWSKI.

DE Gente Vitellinorum, de Procerum Domo Staniſlaus Caſtellani Lublinenſis Filius, Samuelis Epiſcopi Cracovienſis Frater, dùm inſignem

inſignem derivavit Sangvinem, inſigniorem fecit, dùm gravitate morum, ſvavi animorum devictione, meritorum pluralitate eundem condivit. Reliquit poſteris, quod imitarentur, reliquit meritorum augem, ut nunquam ſuperaretur, dùm natus extra morem ultra naturam, dotibus dotatus fuit. Dùm tempus pariendi, ante tempus naſcendo præcurrit, quatuor ſeptimanis in adipe apri conſervari debuit, ut præſervaretur. Sæpè quod natura negat, ſupplet modus. Negavit huic maturum natura tempus, ſed maturas non negavit dotes, in quibus dùm crevit, excelluit, omnibus charus, dùm ſingulis comis. Ivit per honorum culmina, donec in Senatum aſcenderet Caſtellanus Sandomirienſis, Mareſchal-

reſchalcus Curiæ, dignus qui per alta meritorum altiùs aſcenderet, niſi qui humanus eſſet, in humanis eſſe deſineret. Sic quibus vivere mortali vitâ contingit, mori reſtat. *Okolſki t.* 1. *p.* 114. *in fine.* Obiit Legationem ad ſummum Pontificem Anno 1556. *Bielſki p.* 601.

SIGISMUNDUS WOLSKI.

Fuit Anno 1563.

Liberi dùm nomen portavit, libertatis in ſe tutelam vindex ſuſcepit. Perorare pro illa nihil unquam timuit, etſi æmulos habere viſus, nulli æmulus eſſe voluit, niſi ei, qui libertati reſtitit. Svave eſt hoſtes habere, quos virtus facit, libertas auget.

Metuendo, nè quid vox libera pateretur; nil dicendo metuebat, pati potiùs eligens, quàm non audiri. Si aliis adulatio, veritas illi extorſit honores: jam creatus ab Aula Caſtellanus Brzezinenſis, mox Sandomirienſis, Mareſchalcus Curiæ, Varſavienſis, Krzepicenſis Capitaneus, de quo Conſtitutio Anni 1563. More Majorum majora ſemper augebat merita, ut clareſceret: difficilia Reipublicæ ſuſcipiebat negotia, ut perficeret: Libertati invigilabat,ut tueretur, nec ſolutam nimiùm videre volens, nec nimiùm ſtrictam. Eruditio ejus expolivit ingenium, Perſonam gratior excoluit policies, cohoneſtavit uſum dicendi innata ſvavitas. Demùm inſignibus præditus dotibus, quidquid vixit, famæ o-

mnia, & immortalitati fecit. *Okolſki t.* 2. *p.* 483.

STANISAUS BARZY de BŁOZEW.

Fuit Anno 1569.

NEmo meliùs ætatem excolit, quàm qui literis, Marti,& virtuti litat. His dùm rectè ſtant Regna; in Regnis gloriosè ſubſiſtunt ſubjecta. Ingenio conſulere, promptâ manu tueri Patriam, utrumq; magnæ virtutis eſt. Hoc tramite Staniſlaus perrexit ad Gloriam, Vir fortium amantiſſimus, & ipſe fortiſſimus, doctiorum cupidiſſimus, & ipſe doctiſſimus, digniſſimorum obſervantiſſimus, & ipſe digniſſimus,

ſimus, dum Patria amori, honori arma ei erant, quibus pro Patria & bellaret, & ubiq; vinceret. In ſaluberrima conſilia Patriæ adeò promptus, ut vix ei cogitare, jam conſulere fuit, à fine cœpit, & quidquid prævidit mali, initio prævertit. Sic ii conſulunt, qui futura reſpiciunt. Privilegium Indigenatûs Stancarorum, Ducum Mantuæ cognatorum cum cæteris ſubſcripſit, confirmavitq; Proceribus, *ut habet Okolſki t.* 3. *p.* 108. Multaq; dum pro Gloria geſſit, merita immortalitati reliquit.

ANDREAS de BNIN OPALINSKI,

Curiæ Mareſchalcus, ſub Henrico Gal-

Gallo ſucceſſit in Supremum 1572. *Hunc vide inter Mareſchalcos Supremos* *pag:* 33.
Et Okolſki de illo tom 2. p. 164.

Anno D. 1576. jam egit Mareſchalcum Comes GORKA Caſtellanus Medirecenſis. *Bielſki p. 727.*

ANDREAS ZBOROWSKI.

HIc debet virtuti, quòd in Aula crevit, infortunio verò, quòd in honore decrevit. Indolem, quam à Majoribus excultam accepit, in exteris nationibus pulchriùs expolivit. Nec pietati defuit, Eccleſiam in Zborow profanatã, Orthodoxæ Eccleſiæ reſtituit, eiq; Parochũ præfecit, altaria erexit, & quod dictavit pietas, perfecit dexteri-

tas. Sed quia nimiùm proſperæ felicitati fidit, infelicitati eum viciſſitudo ſubjecit. Nulla alia mortalium ſecuritas eſt, niſi ſecuris, quæ mox præſcindendo, tollit, quidquid erigendo in altum ſuſtulit. Duo grandia ruinarum ruunt in mortales fulmina, quæ quò pulchriùs collucent, funeſtiùs evibrata quatiunt, æmulatio, & ſimulatio, his maximi ruunt. Andreas dum maximæ ſubjectus fuit fortunæ, maximo ſubjectus cecidit infortunio, publico Regni edicto abjudicatus Mareſchalcatu Anno D. 1589. Docuit omnes, quòd malè rebus fidit, qui confidit ſucceſſibus. Cauſam verò cur remotus à munere, cur ultrà paſſus, qui inveſtigat; legat in *Piaſecki pag:* 87. Jam tenuit Scipionem Anno 1578. *Paprocki p.* 38.

STANISLAUS PRZYJEMSKI,

Succeſſit priori Anno 1589. demùm aſcendit ad Supremum Mareſchalcatum Anno 1592. *Piaſecki p.* 87. *Vide illum inter Supremos hic Mareſchal: p.* 35.

Succeſſit priori NICOLAUS in Podhayce WOLSKI. *Piaſecki p.* 248. Succeſſit in Supremum Anno 1615. *Piaſecki p.*357. *Okol: t.* 2. *p.* 483. Vide illum inter Supremos hic pag: 41.

ANDREAS PRZYEMSKI, de Przeima.

Fuit Anno 1615.



MAgna merita, quibus coronentur in terris, non habent, niſi faſti-

faſtigia, quæ Duces meritorum coronant. Nec anteactis Aboriginum ſolùm, Andreas fuerat dignus evehi meritis, propria ſubſtituit, ut per ea aſcenderet. Jam inter Heroas fortunatus Scipio, jam cum Scipione muneris ſui, gravis ſvadâ Cato, diſertusq; Stator, quæ optima, conſulendo ſuggerebat, quæ Patriæ eventura videret funeſta; diſſvadebat. Optimus ille Stator, qui dum futura prævidet, præſentia ſic dirigit; ut futuris benè proſpiciat. Benè cœpit, qui à fine incipit. Sic hic ſaluberrima direxit conſilia; ut pandere oracula videretur, dùm diceret. Dum ſic ſeipſum Patriæ litat; providetur à Patria primùm Præfecturis Cuninenſi, Kovalſcenſi, mox Caſtellanatu Gneſnenſi. Sic ei profuit Patria, qui omni ſtudio,

dio, actuq; heroico nunquam Patriæ defuit, nec deerit illis; qui benè bono publico prodesse scient. *Piasecki p.* 87. *Okolski tom:* 2. *p.* 592.

LUCAS OPALINSKI,

Ex Castellano Posnaniensi Mareschalcus Curiæ; *Okol: t.* 2. *p.* 166. factus Supremus Anno Domini 1630. *Vide illum inter Supremos hic Mareschalcos p.* 43.

ADAMUS KAZANOWSKI.

DUm Adamum in Paginam produco, Vladislaum IV. Regem Poloniæ necesse est, ut prædicem: anima quippe Adami, cor Principis fu-

pis fuit, vice versa Adamus, Principis amor. Sic nondum Principem, Vladislaum dilexit; ut in rem ejus divenditum decoqueret patrimonium. Quid non potest Amor? qui nihil curat, nisi ut amet. Unde stupenti, & dicenti Vladislao: *Itàne verò Kazanovius causâ sui patrimonium decoxisset?* reposuit: *Sic fortunam meam tecum Princeps conjunctam velim, ut Te favente indigens esse non possim, absq; te dives fieri nolim.* Dùm vixit vitam splendore Senatoris transegit, ubiq; magnificè, ubiq; liberaliter. Cum Præfecturis Solecensi, Borisoviensi, Koziniecensi, Castellanatu Sandomiriensi à Vladislao decoratus, magnum in Senatu egit Statorem, Togæ meritis præclarissimus. Undè amans Principem sic amatus à Princi-

pe: ut

pe; ut adhuc adoleſcenti Vladiſlao Sigiſmundus Rex, & Pater prodigalitatem exprobraret, quòd nec annulum â Matre datum retineret, quin ſuo illum conſignaret Kazanovio: qui non ſolùm unius Principis, ſed exterorum Principum amores, & ſtudia in ſe convertit, ut de eo certare, fatali quadam benevolentiâ viſi fuerint. Sed ceſſit amor, ubi deceſſit Adamus Anno 1650. dignus & poſt fata amore. *Kochowſki Clim:* 1. *p.* 174. *Okolſki tom:* 1. *p.* 271.

GEORGIUS LUBOMIRSKI,

Minoris Poloniæ Generalis, ſucceſſit priori Anno 1650. *Kochowſki Clim:* 1. *p.* 174. *&* 170. Aſcendit in Supremum eodem An: *Vide illū hic inter Supremos Mareſchalcos p.* 45.

LU-

LUCAS de BNIN OPALINSKI.

NIhil honori honeſtius eſt, quàm decorare & Sangvine excellentem, & ingenio excelſum. Hic Lucas illius Lucæ Supremi Irenarchæ Nepos, dùm veſtigia ſecutus Aboriginū; famam, & laudem meruit Poſterorum. Dignus erat vocari, & priſcæ integritatis Senator, & elimati Cato Judicii: quot exteras Europa habuit, tot ille lingvas calluit, etiam loqui Græcê didicit, nec tamen unquam fide Græcus fuit. Adulari nunquam Aulæ novit, dum ſemper Veronenſem agere in propoſito habuit, ſervilis ſententiæ Author nunquam eſſe

voluit,

voluit, ſemel eum piguit pro ſemper, Radźiejovium, ſuo quidem judicio, ſed priore Regis edicto, ſuccubuiſſe, non verò ex præſcripto legis. Proinde ſimilia vitabat, ne impingeret. Nihil unquam ambivit, quod meruit, ampliora meritus, quàm accepit. Eruditis maximè addictus, proin à tanto conſortio cæteris eruditior fuit, continuâ rerum politicarum praxi, eximiè excultus multos expolivit. Demùm cùm in Domûs Opaliniæ aliquem agnatũ munus ſuum transferre in animo haberet; morte præventus Anno 1661. ab intentis abſtinuit. *Kochowſki Clim:* 3. *pag:* 31.

JOANNES CLEMENS à Ruſzcza

BRA-

BRANICKI.

DEductam ab Illuſtriſſimo Sanguine indolem dùm Principis conſecravit obſequiis Aulæ, in meritum cumulatus honoribus adjunctis iis in ſuffragium culminis meritis Soceri ſui Palatini Ruſſiæ, in cujus gratiam nil erat, quod à Principe emeritæ virtuti negaretur. Sic dùm fidelem Miniſtrum egit, ad multa Regni applicatus negotia, omnia ex voto confecit. Armatum Regem Joannem Caſimirum in Ukrainam armatus & ipſe ſecutus, variæ viciſſitudinis cum Principe tulit patienter ſortem. Ea enim bellorum natura eſt, ut momentò deprimant, momento erigant. In civili diſ-

vili dissidio Georgium Lubomirium extra Patriam, ob Principis iram, degentem annisus est revocare in Patriam, ut tantus Patriæ Civis, non aliud quæreret Regnum, quàm illud, in quo & lucem aspexit, & ad lucem publicam grandia merita posuit. Diploma Joannis Casimiri, neminem stante vitâ suâ ad thronum promovere promittentis, cum aliis libertati addictis, pro libertate subscripsit. Electioni Michaëlis Korybuthi dum Suffragator adstitit, Regem cum Supremo Irenarcha promulgavit. *Kochowski Clim: 3. p. 31. & 169. & 174. Załuski tom: 1. p. 145.* Adhuc Anno 1669. præfuit.

STANISLAUS LUBOMIRSKI.

Subdapi-

Subdapifer Regni, creatus Mareschalcus Curiæ Anno 1669. *Załuski t. 1. p.* 459. qui ascendit ad Supremum Mareschalcatum Anno 1676. *Vide illum hic inter Supremos pag:* 49.

NICOLAUS HIERONYMUS à Granow SIENIAWSKI. *Comes in Szkłów & Mysz.*

DIu laborat virtus, antequam coronetur, & coronet. Ab arduis hic incepit, ut non arduus illi honor esset. Antequam Mareschalcatu Curiæ Regni potiretur, sudavit, & alsit, ut Mareschalcus Equestri Ordini Anno D. 1676. præesset, jam munere suo Vexillifer Regni: sed propendentibus diverso-

verſorum in diverſos animis, ejus etiam non tam deturbatus animus; quàm magìs ſtimulatus, ut magis urgeret, & efficeret, quod mente concepit. Dùm multos pro ſuo merito meruit habere Suffragatores; etiam Aula coronatum pro eo addidit votum, ut æmulantibus aliis ſuperior æmulus eſſet: effecit tandem addente robur virtute, dumq́; felici & ſvavi regimine felicem Comitiorum ſortitus coronidem; pro præmio finiti laboris, aſcendente ad Supremum Scipionem Staniſlao Lubomirio; Minorem collatum erexit Scipionem, ut ſeſe ad Majora erigeret. Sed à Curia Senatûs ad Martias evocatus laureas, Bellonæ victas, ut victor eſſet, ſubjecit manus, Dux Campi proclamatus, ut ſibi ab utroq́; mune-

re viam ſterneret ad Gloriam. *Załuſki t.* 1. *parte* 1. *p.* 680. *&* 679. *& parte* 2. *tomi* 1. *p.* 799. *Hartknoch p.* 671.

HIERONYMUS
S. R. I. Princeps
LUBOMIRSKI.

Creatus Curiæ Mareſchalcus Anno 1682. Aſcendit ad Theſaurariatum Regni Anno 1692. *Załuſki t.* 2. *parte* 2. *p* 799. *&* 803. & 1261. Vide illum inter Theſaurarios R.

Huic ſucceſſit JOSEPHUS LUBOMIRSKI, Stabuli Præfectus. *Załuſki t.* 2. *parte* 2. *p.* 1261. Aſcendit ad Supremū Mareſchalc: Anno 1702. *Vide illum inter Supremos hic Mareſchalcos, pag:* 51.

Priorem secutus CASIMIRUS BILINSKI. *Załuski t. 3. p. 170.* In Irenarcham Supremum creatus Anno 1703. *Vide illũ inter Supremos hic Mareschal: p. 53.*

ALBERTUS DĄBSKI.

ILlustrissimorum de Stirpe Aboriginum natus, illustravit posteros, dùm auxit merita. Spectata fides, & fidelitas commendavit Virum, Qui dùm pro integritate Patriæ certavit, sibi comparavit famam, meritis immortalitatem. More Majorum ad majora scandit, qui nullo pro priori functus officio, vix crescere cœpit, jam Ministrum, dum Mareschalcum Curiæ, egit. In eo substitit, qui nunquam pro gloria agere

agere destitit. Quid enim vivimus mortales? nisi vivendo curramus, & currendo protunc subsistimus, dùm immortalitati revivíscendo, vivere desistimus. Non numero ejus Majores, qui in Senatu erant maximi: quid enim aliena prodest virtus, dum sua non deest? verùm & hæc propria magis clarescit, dum Majorum meritis augetur. Infulas in ejus Stirpe Chelmenses, Luceorienses, Plocenses, Vladislavienses, Cracovienses non reproduco, jam enim orbi notum est, quod honor contulit, merita approbârunt,

STANISLAUS in Berłowo & Jasieniec

CHO-

CHOMĘTOWSKI.



ORbis de eo fusè loquitur, qui orbem ad sui Famam implevit. Non suffecit una Patria, quæ grandia ejus merita caperet: ut grandiùs in tanto Cive clarescceret; extra Patriam (ut raperetur ad cultum, caperetur ad Gloriam,) delegavit. Maximè florent Regna optimis Civibus, clarescunt Europæ ingenuis Legatis. Moschuam Legatus adivit, ubi mox tot præcones sui audivit laudes, quot validissimas pro bono Patriæ posuit rationes. Gentem, quæ plecti faciliùs, quàm flecti possit, svavi inflexit facundiâ, & quod efficere intendit; effecit, quod pro Patria voluit; potuit. In aliorum exemplar est positus, exẽ-

plo do-

plo docet, quomodo & inter efferos agendum pro Patria, eò fortiùs, quò modestiùs. Grandior ei cum Ottomano lucta fuit, cùm graviter luctatus, eluctatus fuit. Barbara Turcarum gens, barbarè cum eo cœpit, non ex aliqua dedignatione personæ, quæ illis semper ùt erudita placuit, sed ex sinistra malecontentorum persvasione, quæ irritam legationem habere voluit. Quid non egit barbarus, ut tantum Civem deprimeret? quid non egit Civis, ut inter barbaros se erigeret? omnium felicissimus, qui tantum infortunium fortiter tulit: miserum est, miserum esse nescire. Nec probi immunes à probis. Sed hic fortunæ jactus jacturâ caruit, dum debitæ authoritati restituit, quidquid Legatus innuit, glorio-

sè evicit.

sè evicit. Nec tanto fruſtrari capite Roma Caput orbis voluit: adiit orbîs Urbem, ut Sancta coleret, ſed magis eum Roma coluit, dùm agnovit, ſtupuit, dũ tantum Statorem Poloniæ adoravit. Redux in Patriam, ex Palatino Maſoviæ, Mareſchalcus Curiæ, ſed eodem Anno 1726. ex Mareſchalco Curiæ, jam Dux Campi Regni, Palatinusq; & Generalis Maſoviæ, Vivat! triumphet! donec ſæcula impleat.

STEPHANUS à Potok POTOCKI.

Ex Referendario Mareſchalcus Curiæ Regni An: 1726.



CElſiſſimi Primatis Regni & Sangvinis, & morum Frater eſt, ſatìs dicere ad Gloriam. Ille Probita-

Probitate præit, hic probitatem ſequitur, uterq; morum excellentiâ conſpicuus ùt unus. Unus ex Illuſtriſſimis POTOCCIIS eſt, ſatîs eſt ad laudem, quos enim ex hac Stirpe venerabundus conſpexit orbis; tot vel Statores in Senatu, vel Miniſtros in Aula, vel Officiales in Regno, vel Supremos in bello Exercituum conſpexit Ductores, & Victores Clariſſimos. Sed unus pro omnibus ſufficit Stephanus, ubi omnes adorantur in uno, qui omnium in ſe collegit dotes, ſupra cæteros auxit merita, ut immortalem ſibi augeret Gloriam. Aſpexit recenter Sarmatia, quæ (dùm binis Mareſchalcus præfuit Comitiis,) egit pro bono Patriæ, imò quæ non egit? ut poſt unã, & vix non alteram Annorum decadem, quoties

quoties cœpta, toties rupta Comitia, gloriosâ vel ſemel finiret coronide? quod effecit. Maximi dùm volunt, maxima poſſunt. Fortis eſt, non qui ex fortibus naſcitur; ſed qui & ſvaviter, & fortiter agit. Catonem egit, dùm graviter dixit, Cælium, dum leniter liberos inclinavit animos, ut unus in omnibus, omnes in illo uno idem ſentire, idem dicere, & viderentur, & dicerentur. Collige, quid pro immortali gloria poſſit, qui tanta facit, re, & Nomine Stephanus Corona, Coronati Capitis, Miniſter & Amor, Ut Patriæ proſit; non parcit ſibi, ut nulli deſit, omnibus prodeſt, vera Celſiſſimi Primatis idea, non ſolùm innatorum amorum, ſed eorundem morum Frater eſt, quorum utriusq; dos maxima optimis con-







Jacob9 Potocki — *Kozi-min-ska* — *Czerminski Castel: Lublin:* — *Joannes Mohila Valachiæ administrator* — *Despotia de Hunniadû Famil: Regum Hung:* — *Ciamarty imus Senator Transylv:* — *Principissa Bathoræa Palatina Trâsylva:* — *Michaël Chlebowicz Soltyk Castell. & Gubern. Susdalê.* — *Gregorius Podbereski Mareschal: Braclav:* — *Tyszkiewiczowna* — *Christophorus Rudomina Castellanus Polocensis* — *Tysenhauzowna*

Nicolaus Potocki Generalis Podol: — Czerminska — Jeremias Dux Moldaviæ — Elisabetha Ciamartowna Primi Senat: Filia — Michaël Michaëlowicz Soltyk Palat: Moscho: — Georgius Kniaż Podbereski Palatin: Smolenscensis — Rudominowna Castella: Polocê:

* *
*

Stephanus Potocki Palat: Brac: Not: Câpest: Regni — Maria Mohilanka Ducissa Moldaviæ — Petrus Michaëlowicz Soltyk Palat: Mosch: major: subsellii — Podbereska Palatin: Smolenscensis

* *
*

Paulus Potocki Castell. Camenecê: — Eleonora Soltykowna Proregû Astrachan: & Ducû Moscho: neptis

GENEALOGIA
Illustrissimi & Excellentissimi
D.D.
STEPHANI
à POTOK
POTOCKI
Mareschalli Curiæ Regni.

* *
*

STEPHANUS à Potok POTOCKI
Mareschalcus Curiæ Regni
Habet
Joachimum Potocki Capit: Leopolien: —— *Ex Teressa KĄCKA Castellan: Cracov:* —— Ignatium Potocki Capit: Luchov:



mis conſiliis prodeſſe Patriæ, obeſſe nulli. Perennet ergo dignus uterq; perennitate, neceſſe eſt enim, ut ſint immortales, qui dum ſunt mortales, non ſibi vivunt, ſed Patriæ.

De MARESCHALCIS *Equeſtris Ordinis.*

QUi Originem Mareſchalcorum Equeſtris Ordinis indagat; primordia Nuntiorum Terreſtrium inquirat, neceſſe eſt. Antiquiore ævo ad Comitia Regni, ſeu ad publica de Patria Conſilia, viritim confluebant Palatinatus, & Diſtrictus, ſeu Terræ: verùm cùm Caſimirus III. Jagellonides, crebra inſtituebat Comitia, ita, ut eo imperante 70. habita numerentur; ex hocce continuo multitudinis confluxu affecta tædio Nobilitas, maluit deſtinatos è Gremio ſui delegare Nuntios, qui Petricoviæ lege publica Anni 1468. conſtituti ſunt, & inde Nuntii Terreſtres nati videntur.

tur. *Bielſki, Koludzki.* Licèt in idipſum recidat, paulò tamen aliter de his Cromerus refert. Cùm enim finito tredecim annorum bello in Pruſſia contra Crucigeros geſto, tributum, ad exolvenda ſtipendia, à Nobilitate Minoris Poloniæ exigeretur; non abnuebat id quidem Equeſtris Ordo, ſed ſinè Majoribus Polonis illud ſciſcendum non putavit: quare placuit è Palatinatibus Legatos ad Comitia Petricovienſia mitti, qui decernendi in commune cum cæteris moderati tributi poteſtatem haberent. Hoc poſtea ſic inolevit; ut ſinè iis Legatis, ſivè Nuntiis Provincialibus, nulla legitima Comitia haberentur, neq; tributum imperari, ac nè lex quidem ulla fieri poſſe videretur. *Cromer9 l. 27. de ortu,& Reb: geſt: Polon: Neugebauer l. 6. Hiſtor: Polon: p. 391. & 499. Hartknoch de Republ: Polon: p. 657.*

Dùm ergo Delegati Provinciarum ingrediuntur Conclave, Mareſchalcum de medio ſui, ſive Ordinis ſui Directorem eligunt illum, qui pluralitate Suffragiorum alios ſuperat, ita tamen; ut ex Minore Polonia ſemel, in ſecundis Comitiis ex Majore Polonia, in tertiis ex Magno Ducatu Litvaniæ eligatur. Hic Electus dùm præeſt, in Conclavi voces diſtribuit, ſententias petit, notat, coæqvat, Nuntiorum nomine ad Senatum vota facit. *Hartknoch p. 264. & ſequen:* Legatos à Rege, & Senatoribus, ſive ab exercitu, ſive ab exteris Principibus miſſos, cum aliis quibusdam ex Collegio Nuntiorum ſibi adſcitis, introducit, illisq; nomine Collegii reſpondet. Si contentiones inter Nuntios, aut alii tumultus oriuntur; ſilentium, Scipione terram feriens, indicit.

Priore tamen ævo licèt in Conclavi Equeſtris Ordinis præſidebant Conſiliis Mareſchalci, non eâ tamen pollebant authoritate, quâ nunc, nec unquam Conſtitutiones Regni ſubſcribebant, qui mos nonniſi cœptus eſt Anno 1618. ùt patet ex ſubſcriptis Conſtitut: Proinde ante prædictum annum, qui Mareſchalcali præerant munere; difficile eſt eos colligere, ſiquidem nec Authores de illis, nec antiquæ Conſtitutiones quidquam ſpecificant.

Cùm ergo & Nuntii Terreſtres, & eorum electi ex ſelectis Mareſchalci majore fungi cœperant activitate, & authoritate, ita, ut quidquid ſancitum erat à tribus Ordinibus, id ſua manu ſubſcriberet, & quaſi ab Equeſtri Ordine confirmaret Mareſchallus; proinde ab hoc Anno ſcilicèt 1618. ſummatim eos colligere operæ pretium duxi.

 Anno

Anno 1618. CHRISTOPHORUS WIESIOŁOWSKI, Varſaviæ.

Anno 1619. JOANNES SWIĘTOSŁAWSKI, Referendarius Regni, Varſaviæ.

Anno 1620. JACOBUS SZCZAWINSKI, Varſaviæ.

Anno 1621. JOANNES SOKOLINSKI, Notarius M. D. L. Varſaviæ.

Anno 1623. JACOBUS SOBIESKI, Palatinides Lublinenſis, Varſaviæ.

Anno 1624. JOANNES ŁOWICKI, Præfectus Breſtenſis, Varſaviæ.

Anno 1625. JOANNES SOKOLINSKI, Notarius M. D. L. Varſaviæ.

Anno 1626. MARTINUS ZEGOCKI, Judex Terreſtris Schovenſ: Thorunii.

Anno 1627. ALEXANDER CHALECKI, Mareſchalcus Lidenſis, Varſaviæ.

Anno 1628. JACOBUS SOBIESKI, Varſaviæ.

Anno 1629. MATTHÆUS MANIECKI, Succamerarius Poſnanienſis, Varſaviæ.

Anno 1629. STEPHANUS PAC, Notarius, & Referendarius M. D. L.

Anno 1631. GEORGIUS OSSOLINSKI, Subdapifer Regni, Varſaviæ.

Anno

Anno 1632. MARTINUS ZEGOCKI, Judex Ter: Schovenſis, Varſaviæ.

Eodem Anno In Convocatione CHRISTOPHORUS Princeps RADZIWIŁŁ Campidux M. D. L. Varſaviæ.

Eodem Anno In Electione Vladiſlai IV. JACOBUS SOBIESKI Inciſor Regni, Præfectus Craſnoſtavienſis.

Anno 1633. NICOLAUS OSTROROG, Subdapifer Regni, in Comitiis Coronationis, Cracoviæ.

Anno 1634. GEDEON TRYZNA, Dapifer M. D. L. Varſaviæ.

Anno 1635. GEORGIUS OSSOLINSKI, Theſaurarius Curiæ Regni, Varſaviæ.

Eodem Anno NICOLAUS ŁOPACKI, Succamerarius Zakroczymenſis, Varſaviæ.

Anno 1637. N. SAPIEHA, M. D. L. Notarius. Rupta Varſaviæ.

Anno eodem JOANNES STANISLAUS JABŁONOWSKI, Varſaviæ.

Anno 1638. LUCAS OPALINSKI, Varſaviæ.

Anno 1639. VLADISLAUS KIERDEY, Notarius Grodnenſis, Varſaviæ. Rupta.

 An-

Anno 1640. JOANNES STANISLAUS JABŁONOWSKI, Pincerna Regni, Varsaviæ.

Anno 1641. BOGUSLAUS LESZCZYNSKI, Varsaviæ.

Anno 1642. CHRISTOPHORUS ZAWISZA, Notarius M. D. L. Varsaviæ.

Anno 1643. GEORGIUS LUBOMIRSKI, Capitaneus Sandecensis, Varsaviæ.

Anno 1645. HIERONYMUS RADZIEJOWSKI, Præfectus Łomsensis, Varsaviæ. *Piasecki p. 602.*

Anno 1646. JOANNES NICOLAUS STANKIEWICZ Tivunus vulgò, Eyragoliensis, Notarius Terrestris Samogitiæ, Varsaviæ.

Anno 1647. STANISLAUS SARBIEWSKI, Capitaneus Grabovviecensis, & Korytnicensis, Varsaviæ.

Anno 1648. In Convocatione, BOGUSLAUS LESZCZYNSKI, Generalis Majoris Poloniæ, Varsaviæ.

Anno eodem PHILIPPUS CASIMIRUS OBUCHOWICZ, Tribunus Mozeriensis in Comitiis Electionis Joannis Casimiri, Varsaviæ.

Anno 1649. In Comitiis Coronationis FRANCISCUS DUBRAWSKI, Succamerarius Premisliensis Cracoviæ.

Anno eodem BOGUSLAUS LESZCZYNSKI, Generalis Majoris Poloniæ, Varsaviæ.

Anno 1650. VINCENTIUS GOSIEWSKI, Structor M. D. L. *Kochowski Clim:* 1. *p.* 207. *in ipso fine.* Finita feliciter hæc Comitia. *Kochow: Cl:* 1. *p.* 211.

Anno D. 1652. MAXIMILIANUS FREDRO, Dapifer Leopoliensis. *Kochow: Cl:* 1. *p.* 309. Hæc Comitia disrupta sunt, Varsaviæ. *Koch: Cl:* 1. *p.* 312.

Anno eodem ALEXANDER SIELSKI, Præfectus Stęzycensis, Varsaviæ. *Koch: Cl:* 1. *p.* 335.

Anno 1653. Brestiæ in Litvan: CHRISTOPHORUS PAC, Vexillifer M. D. L. *Koch: Cl:* 1. *p.* 363. Conclusa feliciter.

Anno 1654. FRANCISCUS DUBRAWSKI, Succamerarius Premisliensis. Rupta hæc sunt per Prussum Nobilem. *Koch: Cl:* 1. *p.* 417. *& ultrà.*

Anno codẽ in Junio CHRISTOPHORUS GRZYMUŁTOWSKI, Succamerarius Calissiensis. *Kochow: Cl:* 1. *p.* 424. finita feliciter Varsaviæ.

Anno 1655. CASIMIRUS UMIASTOWSKI, Judex Brzescianensis. *Kochow: Cl:* 2. *p.* 15. Varsaviæ finita.

NB. Ob bellum Sveticum biennio vacabant Comitia. *Koch: Cl:* 2. *p.* 293.

Anno 1658. VLADISLAUS LUBOWIECKI, Judex

dex Terreſtris Cracovienſis. *Kochow: Cl:* 2. *p.* 294. Finita feliciter Varſaviæ. *Cl.* 2. *p.* 345.

Anno 1659. JOANNES GNINSKI, Succamerarius Culmenſis. *Kochow: Cl:* 2. *p.* 383. Finita *p.* 397.

Anno 1661. MICHAEL CASIMIRUS Dux RADZIWIŁŁ, Pincerna M. D. L. *Kochow; Cl:* 2. *p.* 500. Varſaviæ.

Anno 1662. Varſaviæ, JOANNES WIELOPOLSKI, Præfectus Biecenſis *Kochow: Clim:* 3. *p.* 11. Finita. *p.* 29.

Anno 1664. JOANNES Trach GNINSKI, Succamerarius Pomeraniæ. *Kochow: Cl:* 3. *p.* 153. Diſſoluta ſunt Varſaviæ. *Cl:* 3. *p.* 158.

Anno 1665. ANTONIUS CHRAPOWICKI, Succamerarius Smolenſc. *Kochow: Cl:* 3. *p.* 171. A Vladiſlao Łoś rupta ſunt Varſaviæ. *Idem ibidem.*

Anno 1666. MARTINUS OBORSKI, Capitaneus Livenſis. In magno diſſenſu rupta ſunt hæc Comitia, Varſaviæ. *Kochow: Cl:* 3. *p.* 252.

Anno eodem JOANNES ODROWĄŻ PIENIĄŻEK, Capitaneus Oſwiecimenſis.

Anno 1667. ANDREAS KOTOWICZ, Notarius Campeſtris M. D. L. *Kochow: Cl:* 3. p. 265. Finita feliciter ſunt Varſaviæ. *Cl:* 3. *p.* 270.

Anno

Anno 1668. CAROLUS Dux CZARTORYSKI, Succamerarius Cracovienſis. *Kochow: Cl:* 3. *p.* 306. Hæc Comitia finita Varſaviæ. *Cl:* 3. *p.* 311.

Anno eodem In Comitiis abdicationis JOANNIS CASIMIRI, STEPHANUS SARNOWSKI, Succamerarius Lancicien: Varſaviæ. *Koch: Cl:* 3. *p.* 319.

Anno eodem in Novembri poſt abdicationem in Convocatione, ANTONIUS CHRAPOWICKI, Succamerarius Smolenſ: *Załuſki t.* 1. *p.* 71.

Anno 1669, In Electione MICHAELIS, FELIX POTOCKI, Subdap: Regni. *Załuſki t.* 1. *p.* 118. Finita.

Anno eodem, in Comitiis Coronationis, ANDREAS KRYCKI, Succamerarius Caliſſien: *Załuſki t.* 1. *p.* 184. Diſrupta hæc Comitia. *Zał: t.* 1. *p.* 238.

Anno D. 1670. JOANNES KIERDEY, Mareſchalcus Grodnenſis. *Zał: t.* 1. *p.* 234. Diſrupta hæc Comitia *p.* 238.

Anno eodem STANISLAUS LUBOMIRSKI, Subdapifer Regni, Varſaviæ. *Zał: t.* 1. *p.* 270. & 333. Finita feliciter.

Anno 1672. MARTINUS OBORSKI, Præfectus Livenſis. *Zał: t.* 1. *p.* 313. Rupta ſunt. *p.* 316. & 318.

Anno eodem in extraordinariis Comitiis, Varſaviæ, GABRIEL SOKOLINSKI, Notarius M. D. L. *Zał:* *t.* 1. *p.*

O

tomo 1mo pagina 352. Rupta sunt. *pagina* 366.

Anno 1673. In Comitiis Pacificationis sub MICHAELE, STEPHANUS CZARNECKI, Notarius Campestris Regni. *Zał: t.* 1. *p.* 439. Hæc Comitia finita, sub quibus obiit Primas Regni, *p.* 464. mox & Rex mortuus.

Anno 1674. In Comitiis Convocationis FRANCISCUS BILINSKI, Ensifer Regni. *Zał: t.* 1. *p.* 554. *Cōst:*

Anno eodem, In Comitiis Electionis JOANNIS III. BENEDICTUS SAPIEHA, Thesaurarius Curiæ M. D. L. *Zał: t.* 1. *p.* 558. *&* 678.

Anno 1676. In Comitiis Coronationis, NICOLAUS SIENIAWSKI, Vexillifer Regni, Cracoviæ. *Zał: t.* 1. *p.* 678. *Constitutiones.*

Anno 1677. VLADISLAUS KORASZEWSKI, Vexillifer Posnaniensis, Varsaviæ. *Zał: t.* 1. *p.* 692. Finita sunt feliciter. *p.* 693. *Constit:*

Anno 1678. In Comitiis Grodnensibus, FRANCISCUS SAPIEHA, Præfectus Stabuli. *Zał: t.* 1. *parte* 1. *p.* 702. Finita sunt feliciter. *p.* 707. Prima hæc Comitia Grodnæ celebrabantur. *Zał: ibidem.*

Anno 1681. Varsaviæ, HIERONYMUS LUBOMIRSKI, Vexillifer Regni. Incepta hæc Comitia in Decembri Anni 1680. ad Pentecosten durârunt. Rupta sunt.

pta sunt. *Załuski tomo 1mo, pagina* 710.

Anno D. 1683. RAPHAEL Comes LESZCZYNSKI, Vexillifer Regni, Varsaviæ. *Zał: t.* 1. *parte* 2. *p.* 803. Finita feliciter. *p.* 814. *&* 817.

Anno 1685. Varsaviæ, ANDREAS GIEŁGUT, Notarius M. D. L. Finita feliciter *Constit:*

Anno D. 1687. Nec finita sunt Comitia, nec rupta, quia nec cœpta: cùm enim determinatum Comitiis transiisset tempus in disceptatione circa electionem Mareschalci; dicto Vale, abierunt. *Zał: t.* 1. *parte* 2. *p.* 1070. *& ultrà.*

Anno 1688. STANISLAUS SZCZUKA, Regni Referendarius. Rupta hæc Comitia, Varsaviæ. *Zał: t.* 1. *parte* 2. *p.* 1064. *&* 1132. *&* 1140.

Anno D. 1690. THOMAS DZIAŁYNSKI, Capitaneus Bratianensis. Finita feliciter. *Constitution:* & *Załuski t.* 1. *parte* 2. *p.* 1161. *&* 1165.

Anno D. 1693. Grodnæ, MICHAEL KRYSZPIN, Notarius Campestris M. D. L. Disrupta sunt. *Załuski t.* 1. *parte* 2. *p.* 1300.

Anno eodem Comitia designata, licèt confluxerint Nuntii; ob morbū tamen Regis in via hærentis, nec inchoata, Varsav: *Zał: t.* 1. *parte* 2. *p.* 1300. *&* 1302.

Anno 1695. A primo die tumultuatū est. Priorum Comi-

Comitiorum Mareſchalcus pro Directore (quoadusq; alter eligeretur) non eſt ſuſceptus, & in hoc diſſidio præfinitum tranſiit tempus. Varſaviæ. *Zał: t.* 1. *parte* 2. *p.* 1509. & 1528.

Anno 1696. 29. Aug: poſt obitum JOANNIS III. in Comitiis Convocationis STEPHANUS HUMIECKI, Dapifer Podoliæ. Rupta sũt. *Zał:t.*2.*p.*77. & 108.

Anno D. 1697. In Comitiis Electionis Sereniſſ: AUGUSTI II. CASIMIRUS BILINSKI, Succamerarius Regni.

Hic interceſſit *Rokoſz* Mareſ: Stephanus Humiecki.

Anno eodem, In Comitiis Coronationis, CHRISTOPHORUS ZAWISZA, Capitaneus Minſcenſis. Finita hæc Comit: feliciter. *Zał: t.* 2. *p.* 440. & 444.

Anno D. 1698. Eadem die, quâ cœpta, rupta ſunt, nec ventum ad electionem Mareſchalci, Varſaviæ. *Zał: t.* 2. *p.* 557.

Anno D. 1699. In Comitiis Pacificationis, STANISLAUS SZCZUKA, Referendarius Regni. Finita feliciter, Varſaviæ. *Zał: t.* 2. *p.* 777.

Anno 1701. In civili diſturbio ſinè electo Mareſchalco tranſiit tempus. *Zał: t.* 3. *p.* 44.

Anno eodem in Decembri, electus Mareſchalcus JOANNES in Słupow SZEMBEK, Referendarius protunc

tunc Regni. *Zał: t.* 3. *p.* 153. Rupta ſunt, Varſaviæ. *p.* 170.

Anno D. 1703. Lublini, MICHAEL Princeps WISNIOWIECKI, potunc Campi-Dux M. D. L. Finita feliciter. *Zał: t.* 3. *p.* 502.

Hic interceſſit bellum Sveticum, & peſtis atrociſſimè ubiq; graſſans, Confœderationes.

Anno 1709. Sandomiriæ, In Confœderatione STANISLAUS DONHOFF, Venator M. D. L.

Anno D. 1710. Varſaviæ Celebrata Comitia ſub titulo *Summi Conſilii*, Vulgò *Wálna Rádá*, cui præſidebat STANISLAUS DONHOFF, Enſifer Regni protunc, utpotè Confœderationis Sandomir: Mareſchalcus.

Anno 1712. Idem, ùt priùs, præfuit Mareſchalcus. Limitata ſunt, ſed eodem anno pòſt rupta ſunt.

Anno 1717. 1. Februarii Comitia unius diei celebrata, in quibus relectæ Conſtitutiones, quas pro priori, Confœderata Reſpublica cum Commiſſariis Sereniſſimi Regis AUGUSTI II. in Collegio Patrum Societatis JESU, Varſaviæ ſancivit. In his Comitiis egit Mareſchalcum Equeſtris Ordinis STANISLAUS LEDUCHOWSKI, Succamerarius Cremenecenſis, Confœderatæ Reipublicæ Mareſchallus. His Comitiis lege

lege abrogata Confœderatio Sandomirienſis, & poſte rior Tarnogrodenſis. Sancitum eſt præterea, ut ſin gulis bienniis inſtituerentur Comitia &c.

Anno 1718. Grodnæ, CHRISTOPHORUS ZAWI SZA, Capitaneus Minſcenſis. Hæc limitata Varſaviam.

Anno 1719. 30. Decembris ſub eodem Mareſchal co. Rupta 23. Febr:

Anno D. 1720. Non electo Mareſchalco, poſt 6. integras ſeptimanas, Vale adinvicem dicto, è ſuo Conclavi deſcenderunt Nuntii.

Anno 1722. MAXIMILIANUS de Tęczyn OS SOLINSKI, nunc Theſaurarius Curiæ Regni. Rupta.

Anno 1724. Varſaviæ STEPHANUS à Potok PO TOCKI, Referendarius Regni. Sub tempus horum Comitiorum Cauſa Thorunenſis agitata, & judicata. Hæc Comitia ſunt limitata Grodnam.

Anno 1726. Grodnæ, Idem cum Nuntiis Terre ſtribus Mareſchalcus, Comitiis tum ex limitatione tum ex lege incidentibus, adjectâ feliciter laboris ſui operâ, deſideratam impoſuit coronidem, ubi per legem Correctura ſtetit Tribunalium Regni, & M. D. L.



Hist. Polon

6, spec

